



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Bono Sodalitatis Partheniæ, Et Officiis Sodalium Erga Deiparam Patronam**

**Bourgeois, Jean**

**Antverpiæ, 1622**

Cap. 7. De actibus fidei, spei, caritatis, alijsq[ue] internis in recitatione  
Rosarij vsurpandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48699)

nè commigrabit, vniusque futurae vitæ immortalis desiderio succendetur, cum ad vnum Christi Saluatoris & Beatæ Matris in cælesti gloria conspectum adspirabit.

## CAPVT VII.

*De actibus fidei, spei, & charitatis, alijsq; internis in recitatione Rosarij usurpandis.*

**C**Um Rosarij decadibus quindecim quindena sint assignata mysteria, dum interea preces Dominica & Angelica voce percurruntur, duplex iniri potest ratio ea mysteria commentandi. Vna, si quaque decade mysterium ei respondens generatim & confuse meditando pertractemus, & vbi affulserit cælestis illustratio, vbi concitata fuerit affectio pietatis, illic tantisper hæreamus. Altera, si mysterium istud ad quaque decadem in decem puncta partiamur, vt singula singulis Angelicis salutationibus ex ordine respondeant, obiterque

que pio illo, quem sepè aliàs concitatum  
 fuisse oportuit, affectu quasi cursim re-  
 petito potiamur. Rosarium enim non  
 tam est attentam mysterij meditatio, quàm  
 eius quæ iam antè præcesserit compen-  
 diosa repetitio, ac veluti iam antè perce-  
 pti fructus delibatio & degustatio. Quo  
 sit hæc vtraque ratio facilior & expedi-  
 tior, expedit imprimis theologiarum  
 virtutum actus fidei, spei, & charitatis  
 circa hæc mysteria quàm frequentissi-  
 mos exercere, vel ad Christum Domi-  
 num, vel ad Sanctissimam eius Matrem  
 allocutione directa: Credo te Deum  
 meum hominem effectum hominis  
 causa, Baptistam ex utero materno san-  
 ctificasse, natum in Bethlehem stabulo,  
 quòd omni exclusus esses diuersorio, re-  
 clinatum in præsepio, oblatum in tem-  
 plo, ibidem repertum duodennem. Ad-  
 auge hanc fidem meam, adauge spem  
 tuis innixam meritis. Confido per te  
 mihi partam salutem, non defuturam  
 mihi gratiam tuam, quam mihi promeri-  
 tus es profuso sanguine in Oliuarū hor-  
 to, cum flagris ad columnam in Pilati  
 præ-

præ-

312 DE OFFIC. SODAL. PARTH.  
prætorio concisus es, cùm spineo dia-  
demate coronatus, cùm tot tamque in-  
dignis modis illusus, vt falsus propheta,  
vt rex theatralis, cùm crucem gestasti,  
cùm in ea fixus tres horas pependisti, &  
spiritum in manus Patris tradidisti. A-  
mem te de hac tua infinita in homines,  
& me speciatim indignissimum charita-  
te: diligam te ex toto corde meo, &  
meum erga te testificer amorem aliquo  
virtutis officio, vt tuū erga me tot aper-  
tissimis per hæc mysteria significati-  
bus demonstraisti. Amem te mei causa  
flagellatum, crucifixum, per summa tor-  
menta morientem, confidam tuis ali-  
quando meritis ad resurrectionis glo-  
riam, & immortalem tecum agenda vitæ  
societatem me peruenturum. O Beata  
Mater, à filio tuo Salvatore fidei, spei &  
charitatis ex hisce mysterijs incrementa  
in dies maiora mihi procura; de tua filij-  
que tui benignitate nunquam diffidam,  
collocem in eo vno spes omnes meas.  
Diligam te quoq; matrem Domini mei,  
quem nouem menses vtero gestasti, que  
partu virgineo edidisti, quem lactasti,  
fasci-

fasciasti, tota sedulitate enutriuisti, cui ante omnes omnino mortales rediuiuus apparuit, qui te supra omnes ardentissimo semper amore complexus in cælum assumpsit, & cælestis regni diademate coronauit. augeatur hoc in me donum amoris purissimi. His obeundis actibus præstantissimarum virtutum, quæ & dignitate morales longissimè præcellunt, & ad meritirationem, gustusque interni suauitatem vberrimæ sunt, condienda & permiscenda est sacrorum Rosarij mysteriorum commentatio, quæ velut anima est vitaque Rosarij.

Adhiberi potest & aliud præstans exercitium, quod quinque mentis actibus constat, & ipsis maximi meriti maximi-que fructus & gustus spiritualis. Primus actus est adoratio: vel latriæ, qua nos Deo supplices omnino substernimus, uti eius indignas creaturas, quæ quidquid sumus, habemus, possumus, tum in ordine naturæ, tum gratiæ, ab eo & per eum sumus, habemus & possumus, quæ Christo Domino creatori ac redemptori nostro suprema quoque debetur adoratio:

O vel

314 DE OFFIC. SODAL. PARTH.  
vel hyperdulæ, quâ Sanctissimam Dei-  
param, vti Dei nostri Matrem, Reginam  
Dominamque nostram eius serui ve-  
neramur. Nullum est mysterium, in quo  
non possit ea supplex adoratio præstari  
suscitata fide delitescens deitatis in  
Christo, cui humanitas hypostatico ne-  
xu cohæret indissolubili.

Secundus actus est oblatio mysterij  
quod quaque decade recogitatur, vel  
Augustissimæ Trinitati, vel specialiter  
Christo Domino Redemptori, vel eius  
animæ beatissimæ, vel sanctissimæ Geni-  
trici facta, vt eius accedente gratia & cõ-  
mendatione apud Deum, gratiosior eua-  
dat oblatio, vt per eius manus delata  
maius obtinendæ gratiæ pondus habeat.  
Offero tibi, ô Beata Trinitas, æternum  
Verbum incarnatum, nouem menses,  
quos vtero clausus Saluator delituit,  
quos actus amoris ardentissimos elicit,  
in Oliuarum horto, inter flagra, &c.

Tertius est gratiarum actionis de quo-  
que mysterio, & innumeris per illud par-  
tis beneficijs, de suscepto labore, dolo-  
re, cruciatu, de gratia eius merito li-  
beral  
insti  
cto,  
Habe  
gratia  
quoq  
nostra  
quòd  
ad cr  
iuuet  
secran  
Qu  
nis, pe  
ac virt  
haben  
num n  
in grat  
est, ad v  
Rogo  
reption  
um Be  
guinen  
tas ang  
ristis e  
lagella  
tionem  
be

beraliter nobis indulta, & Sacramentis institutis, de regni cælestis aditu patefacto, & de peracta nostra redemptione. Haberi quoque potest ac debet B. Matri gratia, quòd filio comes & adiutrix in quoque extiterit mysterio ad salutem nostram, ex eius incensissimo desiderio, quòd infantem educarit, quòd astiterit ad crucis eius pedem, tum vti nos adiuuet in referendis Deo filio gratiis obsecranda est.

Quartus est petitionis & obtestationis, per ea sacra mysteria gratiam nobis ac virtutes, quibus in eius obsequio opus habemus, indulgeat, spiritum suum bonum nobis donet, timorem & amorem, in gratia & amicitia, qua nos dignatus est, ad vsque vitæ finem perseuerantiam. Rogo te, Saluator, per diuinam tuã conceptionem, per tuum natalem & stabulum Bethlemiticum, per profusum sanguinem in Oliuarum horo, cum te ad has angustias redigi voluisti, vt diceres, *ristis est anima mea vsque ad mortem; per flagellationem, coronationem, crucifixionem, &c.* da mihi gratiam tuam, indulge

dulge peccata vitæ præteritæ. Clementissima Mater per hæc te sacra obtestor mysteria, ne me deferas in extrema mortis hora, &c.

Quintus denique satisfactionis, cum horum respectu mysteriorum pœnas nobis condonari peccatorum, hac in vita aut in altera Purgatorij flammis exolvendas postulamus; sed maxime cum peccatorum defunctorum animabus eam satisfactionem, quæ in quoque mysterio repetitur exhibemus. Nam sunt sanctæ illæ anime Deo gratissimæ, in eius gratia & amicitia confirmatæ, mox ad eius clarum conspectum adituræ; sed interim dum hoc nobis subsidium precum & satisfactionum expostulant, ipsæ sibi nequeunt capitulari in summis flammarum infernalium cruciatibus constitutæ, quoad penitentiam & iustitiæ rigorem exsoluerint, quousque si iuventur à nobis, ut mitigatis pœnentiusque ad exitum perductis, in celestis domicilium, quod Dei conspiciendi causa tanto pere aspirant, maturius transmittantur; existent in omnem æternitatem.



longè gratissimæ. Quare valdè sim auctor, Rosarij clausula semper sit Psalmus, *De profundis*; & pia illa frequens adspiratio, *Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.*

## CAPVT VIII.

*De Corona & Corolla Deiparæ.*

**M**Aiores nostri, vt abundabant pietate, nec externa multa deuotionis excitamenta vel condimenta requirebant, eadem oratione Dominica vel Angelica salute sepiùs repetita valdè delectabantur. quare vt Rosarium ac Psalterium Dei Matris à S. Dominico eiusq; Ordinis Patribus inductū, auidè arreptū, & ab vniuersis maximè frequentatum fuit: ita Religiosi Patres S. Francisci coronam LXIII. salutationum Angelicarum, quot annos ab iis vixisse credebatur Deipara, interiecta ad decades singulas oratione Dominica, facillimè propagarunt, atque in vsum apud omnes propè

*Lib. 5. de  
Virg. c. 1.*

O 3 qui